



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

XVI. Ejusdem ad Provinciales Societatis. Anno 1599. 14. Aug. De
formandis, ac bene instituendis Nostris Concionatoribus

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium
Societatis JESU

XVI.

R. P. N.

CLAUDII

AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Undecima,

Ad Provinciales Societatis.

Anno 1599. 14. Augusti.

*De formandis ac bene instituen-
dis nostris Concionatoribus.*

1. **C**UM in hunc præcipuè finem sin- Momen-
tani Con-
cionum.
gulari Dei providentia Instituta
Societas nostra fuerit, ut secun-
dum perfectionem propriam, in salutem &
perfectionem proximorum omni studio &
diligentia incumbat; nostrum est, quos Do-
minus huic vineæ suæ præposuit, sedulo
providere, ut ejus operarii memores officii
sui rationisque quam Patri familias, qui eos
ad

ad laborandum vocavit, aliquando reddi-
 ri sunt, quàm fructuosissimi cum divina gra-
 tia evadant, omnia illis auxilia & media
 peditando, quibus in suo quisque gradu pro-
 moveri ac perfici possint. Cùmque inter So-
 cietatis operarios ad spirituale proximorum
 auxilium, plurimum in primis Concionato-
 res possint, multas Christo animas divini
 verbi vi lucrificando; his ego Reverentissimæ
 Vestræ, tamquam maximi momenti negotii
 peculiari studio commendandum censui
 ut summam in provincia sua curam ponat
 formandis idoneis ac fructuosis Concionato-
 toribus: serio illos adhortando, ut officii
 gradusque, quem in Ecclesia tenent, magis
 tudinem considerantes, quo par est decori
 dignitate, spiritu, atque fructu in eo verum
 omni cura & animi contentione studeant
 ac proinde inanibus verbis tamquam ma-
 me indecoris & alienis procul abstinere
 scopumque suum ritè dirigentes, in unum
 Dei obsequium, animarumque auxilium
 lucrum penitus intendant.

*Conciona-
 tores bene
 instituendi.*

2. Et quoniam bonos prædicatores
 bituri non sumus, nisi ad eos formandos
 struendosque operam conferamus, eas illi
 studendi & præparandi commoditates præ-
 bendo, quæ necessariæ sunt, ut solidam
 lémque doctrinam acquirant; ideo ut occu-

fio omnis amputetur, nè aliorum conciones
 exscribere assuescant Concionatores nostri,
 Reverentiæ Vestræ impensè commendo, ut
 in praxim revocet §. 7. Institutionis pro Cõ-
 cionatoribus Societatis, atque ea pariter quæ
 §. 9. & 10. præscribuntur: quæ quidem eo
 tendunt, ut necessaria directione instruan-
 tur, caveântque nè factis ipsis parùm ædifi-
 cent, quos verbis ædificare & lucrari conan-
 tur. Sed ante omnia commendatum Reve-
 rentiæ Vestræ, quoad possum, cupio, ut in-
 culcet Concionatoribus nostris, omniq; stu-
 dio amplectendum insinuet §. 8. ejusdem in-
 structionis. Ex eo siquidem quod ibi præci-
 pitur, tamquam ex fonte derivatur & manat
 illud ipsum quod tantopere expetimus, id
 est fructus & auxilium animarum: quoniam
 experientia ipsa docet parùm utiles ut pluri-
 mùm eorum conciones esse, qui cùm devo-
 tionem illam, zelúmque animarum, qui neces-
 sariò requiritur, in seipsis non sentiant, parùm
 efficaciter verba faciunt; nec possunt cum
 spiritu in audientium animos eos affectus
 imprimere, quos ipsimet non induerunt.

3. Ad hunc porrò finem magnopere *Se ipsos*
 conducet usus Exercitiorum spiritualium, *disponant*
 cujus ibidem fit mentio. Idcirco velim, ut *per S. Ex-*
 Concionatores nostri priusquam quadrage- *citia.*
 simalium Concionum curriculum ingredi-
 an-

320 Ep. XVI. R. P. N. CLAUDII AQUAVIVA
antur, morem hunc servarent, ut aliquot
tè diebus prout eorum ferret commoditas
& unius saltèm hebdomadæ exercitiis
transferrent. Conferret enim id quàm max
mè ad excitandum in illis spiritum, fervo
rem, istumque zelum, & optimæ præpar
tionis instar esset ad Dei verbum cum fre
ctu sacro illo tempore annuntiandum. Au
sperandum haud dubiè cum Divina gratia
nobis est, si ità ut par est, sat præstitere
Concionatores, majores animi vires in seip
experturos, uberioresque laborum suor
fructus collecturos. Hoc tamen ipsum præ
scribi à nobis vel injungi debere non du
mus; satis fore rati, enixè commendasse,
que ob oculos nostrum desiderium eis præ
fuisse, mediùmque adeò ad id efficax, quod
ipsi tanto labore confectantur, auxilium
inquam, spirituale, quæstumque animarum
RR. VV. sanctis sacrificiis me commenda
Romæ 14. Augusti, 1599.

RR. VV.

Servus in Christo

CLAUDIUS AQUAVIVA